



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

5. De oratione Christi & agonia. Lu 22.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

PASSIONE DOMINICA: 248

esse, omnibus impedimentis abiectis, recurrendum: deinde vsurpandam sepe hanc humilimam ceremoniam. 3. considera, quæ grauius fuerint peccata nostra, quæ humeris Christi imposta ira pondere suo illum in terram depressere, vt nō potuerint amplius.

MEDITATIO V.

De oratione Christi, & agonia.

Luc. 22.

ORauit IESVS tertio & dixit. Abba Pater. *si possibile est, transfer hunc calicem a me: veruntamen, non mea, sed tua voluntas fiat.* Considera, Christum cum multis lacrymis, & clamore valido, vt loquitur apostolus, cum geminatione vocis Pater, Pater, eandem orationem iterasse: vt discas, quo maior impender afflictio, eo maiori cum affectu, & diutius orandum, idq; cōditione semper adiecta, si Deo ita placuerit. 2. considera summam Christi resignationem in re grauissima; nam licet maxime horreret futura tormenta & mortem, tamē in ijs ferendis voluit paternā potius sequi voluntatem, quam suam, & ita sequi voluit, vt etiam oprarit sibi man-

Heb. 5.
Christe

Q. 2. J. 1.

dari totam passionem, quo ex obedientia
moretur, ut discas in omnibus te confortare
diuinæ voluntati, & obedientiam
maximi facere.

*Et surgens ab oratione bis, dum dormiret,
dixit Simoni. Sic non potuisti una hora vigi-
lare mecum? Vigilate & orate, ut non intret
in tentationem. Considera, quantis angus-
tiis prematur bonus IESVS. Orat Patrem
& silet, querit à discipulis leuamen, & dor-
miunt & dormit eorum princeps, qui pau-
lo ante præ alijs gloriatus erat. Et si omnes
scandalizati fuerint, &c. Heu qualis hortus
est hic Getsemani: in hortis alijs sunt deli-
tia, in hoc vero mœror & pavor. O quæ
acerba sunt horti huius poma. 2. considera
Christum abrumpere orationem, ut vide-
ret quid agerent discipuli, ut discas si supe-
rior sis vel aliorum curam geras, non tuam
saluti intendere ut aliorum negligas
& si officio suo non faciât satis, liberè qui-
dem, sed amanter corripas, simul infirmi-
tatem eorum excusando, ut hic fecit Chri-
stus. Spiritus quidem promptus est, caro autem
infirmata.*

*Et factus in agonia, sudore sanguineo
currente in terram, prolixius orabat. Et ap-
paruit angelus de caelo confortans eum. Con-
sidera*

PAS
sidera c
usque
nostra
sus eiu
currera
violenti
nas gutt
deinde
sanguin
potuerit
archang
tuere hi
pulvere
ne conc
rem om
dibus co
Domine
rem & p
lachrym
yaleo.

M
De

O R
x

PASSIONE DOMINICA. 247

sidera causam huius sudoris? nimirum eo-
usque creuerat desiderium patiendi pro
nostra salute in Christi pectore, vt pretio-
sus eius sanguis, qui ex timore mortis de-
currerat ad cor, intus bulliret & quærens
violentum exitum tandem per poros & ve-
nas guttatim eruperit primum in vestes:
deinde per illas in terram. 2. tantam vim
sanguinis effusam, vt præ debilitate non
potuerit se erigere: itaque accurrit Gabriel
archangelus, eumque è terra leuauit. In-
tuere hic faciem Christi deformatam ex
pulvere sanguine mixto, capillos sangui-
ne concretos, Gabrielem sedulo absterge-
tem omnia, eumque confortantē, vt in pe-
dibus consistere posset. Hic orandi feruor,
Domine, prorsus damnat meum languo-
rem & pigritiam, dum ne vnā quidem
lachrymulam in oratione mea exprimere
yaleo.

MEDITATIO VI.

De Proditione Iudæ. Matt. 26.

Marc. 14

Oratione peracta Christus discipulis di-
xit. Dormite iam & requiescite. Sufficit
L. 3. Surgite